

196
non diceret: opera non potuisse exequi, nisi in carne, sed
nolo de his plura. Habes, mi Frater, de his thesibus, non quidem
quale expectasti, accuratum, sed merè extemporaneum judi-
cium, quale festinans calamus dictavit. Requirerent plerumque
accuratiorem considerationem et explicationem, sed tamen
vel colli palpasse possunt, non retineri typum saniorum ser-
monum ab hoc disputatore, et corrumpi doctrinam receptam
Ecclesie de hoc mysterio. Cuperem ego authorem, si rectè
sentit, rectius loqui, et vitare labyrinthos verborum et phra-
sium, quibus se et alios implicat. Ac vestrum fuerit frater-
nà moderatione ab instituto eum abducere, vel certè pro-
videre, ne Ecclesiam satis jam ante turbatam magis vobis
perturbet. Novi nihil habemus, nisi quod de Ivis Parmensis
ex Gallia Sereptu dicitur, et melius porro de pace illius regni
speratur. His Novembrem duos geminos viros D. Hierony-
mum Zanchium Theologum, et D. Fortunatum Bellium
Philosophum nobis enigmisse. D. Kinedoneig te salutet, cujus
sunt hæc theses de lege et Evangelio, quas tibi mitto. Noster
illustrissimus ex peregrinatione Saxonica nondum rediit.
Deus eum propediem nobis facit reducem, et incolumem diu
servet. Bene vale, mi Frater cum conjugè, et liberis et fra-
tribus, quos omnes officiosè saluto. Heidelbergæ 16. Decembrijs
1590.
D. Pareus.

Salutem precatur tibi, Doctissime Vir, totiq; tuæ familiae Hiero-
nimo Zanchio D. annum à Patre luminum per Jesum Christum
felicissimum, rogans simul ut eas cogitationes, quas de suo libro
de operibus Dei te habere non dubitat, nullo modo abjicere, sed potius
ut coepisti, promovere digneris, et de eodem cum D. Colbingero,
ad quem eisdem argumenti literas dedit, quid factu optimum
sit futurum, communices. vale 2. Januarij 1590.

196/1
A. V. D. M. Davidi Pareo, Collegii
Sapientie Rectori dignissimo
Heidelberg.